

*Instrumentum venditionis di
Matteo de Abraam, di Marsico,
a favore di Gerardo di Picerno*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis di
Matteo de Abraam, di Marsico,
a favore di Gerardo di Picerno*

1385 marzo 10

† In nomine domini nostri Iesu Cristi, amen. Anno a nativitate ipsius millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, regnante serenissimo domino domino nostro Lodovico secundo, Dei gratia rege Ierusalem et Sicilie, ducatus Apulie, Andegavie et Turonie duce, comitatum Provincie, Forcalquerii ac Pedimontium ac Cenomanie comite, regnorum suorum anno primo, feliciter, amen, die decimo mensis marcii, octave indictionis, apud civitatem Potencie.

Nos Nicolaus de Lacupensuli de Potencia annalis iudex ipsius civitatis, Franciscus notarii Iacobi de eadem civitate puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie reginali auctoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati presenti scripto puplico fatemur atque testamur quod in nostri presencia constitutus vir nobilis dominus Matheus de Abraam de Marsico, civis et habitator dicte civitatis Potencie, non vi, non dolo, non metu ductus, ut dixit, nec aliquibus suasionibus circumventus, set sua gratuyta et spontanea voluntate, sicut sibi utile et expediens visum fuit, vendidit, alienavit et per fustis traditionem assignavit, iure proprio et imperpetuum, Girardo de Picerno de eadem civitate Potencie, ibidem presenti, pro se et suis heredibus recipienti et ementi, peciam unam terre quam dictus venditor habere, tenere et possidere se dixit in territorio dicte civitatis Potencie in contrata de li Gactulini in varco qui dicitur de Cotinella, iuxta terras Angeli Falifoci ab una parte, ab alia parte iuxta terras ecclesie Sancti Luce, mediante quodam valloncello, ab alia parte iuxta flumen et ab alia parte iuxta viam per dictum flumen et siqui alii sunt confines. Et dictus venditor prefatum emptorem in corporalem

possessionem dicte terre coram nobis per fustem induxit ad verum dominium et proprietatem ipsius emptoris et heredum suorum ad habendum, tenendum, possidendum, vendendum, donandum, permutandum, nec non et quocumque modo voluerint dictus emptor et sui heredes alienandum, cum viis suis in dicta pecia terre intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis sibi pertinentibus quovis modo. Pro qua venditione dictus venditor coram nobis confexus et contentus fuit se habuisse et manualiter recepissee a dicto emptore nomine precii in carlenis argenti duobus pro tareno quolibet computatis, tarenos quindecim, ponderis generalis, totum silicet precium venditionis ipsius. Promictens dictus venditor per se suosque heredes dicto emptori pro se et suis heredibus stipulanti litem, controversiam vel questionem aliquam de dicta pecia terre ullo unquam tempore non inferre, nec inferenti consentire vel assentire, sed dictam peciam terre eidem emptori et suis heredibus ab omni homine et persona quacumque legitime defendere, guarentire et disbrigare et de evictione teneri et dictam venditionem et omnia et singula supradicta et infrascripta firmam et firma ac ratam et rata habere et tenere et numquam contrafacere vel venire per se et suos heredes aud aliquos quovis modo, in iudicio vel extra iudicium, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu tractatu, sub pena dupli precii supradicti, medietate ipsius pene curie regie vel alteri curie ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela, et altera medietate dicto emptori vel suis heredibus persolvenda totiens quotiens fuerit exinde quomodolibet contrafactum, me predicto notario tanquam persona publica pro parte dicte curie et dicto emptore a prefato venditore

penam ipsam sollempniter et legitime stipulantibus. Qua commissa vel non commissa, exacta vel non exacta seu gratiose remissa presens nichilominus instrumentum cum omnibus que in se continet in suo semper robore et efficacia perseveret, cum refectione dampnorum, interesse et expensarum litis et extra litem que fierent propterea quoquomodo de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento dicti emptoris et eius heredum nulla alia probatione quesita. Et renunciavit super hiis dictus venditor voluntarie et expresse pro cautela dicti emptoris et heredum suorum exceptioni doli mali, vix, metus et in factum, presentis non sic celebrati contractus, exceptioni deceptionis et fraudis rei que predicto modo non geste vel aliter habite, quam superius continetur et est expressum, exceptioni dicte non numerate pecunie, non solute, non habite et non recepte ac non boni argenti, legi ressissorie qua deceptis ultra dimidiam iusti precii subvenitur, et generaliter omnibus aliis auxiliis et beneficiis omnium iurium atque legum, ac privilegiis et licteris quibuscumque et specialiter iuri dicenti generalem renunciationem non valere et iuri per quod cavetur quod dicto iuri renunciari non possit, quibus et propter que dicte venditio et confexio et scripti huius tenor possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis quodque predicta omnia et singula vera sunt, dictus venditor prefato emptori presenti et recipienti coram nobis corporaliter per eum tactis sacrosanctis evangeliis prestitit sacramentum. Unde ad futuram memoriam et dicti domini Mathei venditoris preces et prefati Girardii emptoris et heredum suorum cautelam, factum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei predicti notarii, signo meo solito

signatum, mei qui supra iudicis ac nostrum predictorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

1

Il monastero benedettino femminile di San Luca di Potenza era posto nella circoscrizione della parrocchia di San Gerardo. Era un monastero extraurbano, che tra la fine del XIII e l'inizio del secolo seguente fu inglobato nella cinta muraria a seguito dell'espansione della città (PELLETTIERI, *Le mura di Potenza in età angioina*, pp. 23-24). La sua badessa per le decime dell'anno 1324 versò alla camera apostolica la somma di ventiquattro tari (*Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria*, a cura di D. VENDOLA, p. 171, n. 2188). Una prima menzione del monastero di San Luca si ha in un documento del 1253: Riccardo, figlio del defunto sire Teodoro, vende a Guglielmo Sammala alcune terre site a Potenza nel tenimento di Poggio Pilato, confinanti con terre del monastero di San Luca e dell'ospedale di San Giovanni (RENDINA, *Istoria della città di Potenza*, ediz. Abbondanza, p. 248; ediz. Villani-Mariano-Caserta, p. 240). Nel 1313 il prete Guglielmo de Luntro donò a Scolastica, badessa del monastero, alcune terre che possedeva nella contrada Tora (ivi, ediz. Abbondanza, pp. 262-263; ediz. Villani-Mariano-Caserta, p. 264). Il monastero è ricordato in un contratto di assegnazione di beni fatta il 15 settembre del 1358 da Francesco de Madio, arciprete della chiesa di San Gerardo di Potenza, e Giannone de Madio a Francesca de Lacupensuli (GIGANTI, *Le pergamene dell'archivio arcivescovile di Acerenza secoli XIII-XIV*, doc. 11, pp. 135-139). Il 25 settembre del 1426 il prete Mazza de Gaudiano, del clero della chiesa della Santa Trinità di Potenza, lasciò del denaro per la riparazione della chiesa del monastero di San Luca e a quella del monastero di San Lazzaro (ASDPz, fondo Trinità, perg. n. 75). Per l'anno 1324 la sua badessa versava alla camera apostolica la somma di ventiquattro tari

Quod scripsi ego predictus Franciscus puplicus ut supra notarius, qui premissis omnibus vocatus et rogatus interfui ipsumque meo consueto signo signavi. SN Franciscus † Ego Nicolaus de Lacupensuli iudex qui supra. † Ego dyaconus Antonius de Lacupensuli archidiaconus Potentinus testis interfui. † Ego presbiter Manfridus de Centum Manibus testis interfui. † Ego Cominus de Balba testi sum. † Ego dyaconus Antonius de Gaeta testis interfui.

2

3

4

(*Rationes decimarum Italiae nei secoli XIII e XIV. Apulia-Lucania-Calabria*, p. 171, n. 2188). Sul monastero di San Luca si vedano VIGGIANO, *Memorie delle città di Potenza*, pp. 184-185; *PMonasticon Italiae*, III, Puglia e Basilicata, a cura di G. Lunardi, H. Houben, G. Spinelli, Centro Storico Benedettino Italiano, Cesena 1986, p. 194, n. 67.

Così A.

Nel 1413 a Potenza imperversò la peste che causò la morte di molte persone: a farne le spese fu anche il canonico Manfredi Centomani (RENDINA, *Istoria della città di Potenza*, ediz. Abbondanza, p. 273; ediz. Villani-Mariano-Caserta, p. 278). Egli, infatti, ammalatosi di peste delle ghiandole, fece rogare il suo testamento il 22 settembre di quell'anno e chiese di essere sepolto nel sepolcro comune dei presbiteri della chiesa di San Gerardo (*Volume de istrumenti*, cc. 219r-221v, n. 65).

Antonio Gaeta morì nel 1417 e lasciò molti beni alla cattedrale, nonché denaro per acquistarci un calice d'argento e un martirologio. Nominò suo epitropo Pietro Stella, arciprete di San Gerardo (RENDINA, *Istoria della città di Potenza*, ediz. Abbondanza, p. 273; ediz. Villani-Mariano-Caserta, p. 278).